

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Cap. 1. Alius Pelagianorum, alias Massiliensium scopus. Et generatim in
quibus articulis cum Catholicis convenient.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
DE HÆRESI PELAGIANA
LIBER OCTAVVS.
De Semi-Pelagianis secundus.

Alius Pelagianorum, alias Massiliensium scopus. Et generatim
in quibus articulis cum Catholicis convenienter.

C A P V T P R I M V M.

Ex ijs quæ hactenùs dis-
seruimus facile intelli-
gere quilibet potest lon-
ge aliam fuisse Massiliens-
ibus quam Pelagio &
Iuliano caterisque Pela-
gianis intentionem; si-
quidem nihil aliud ex
professo Pelagi studuerunt quam sublatâ
funditus Christi Salvatoris fide, puram pu-
tamque Philosophiam in Ecclesiam cum gen-
tilibus introducere, ut cum Philosophis hujus
mundi natura hominis illa se putaretur, b.a-
tamque vitam virtute propria voluntatis efficere.
Massilienses contra tanquam Catholicæ fidei
Sectatores Christum naturæ perdite Salvato-
rem omnibus modis sibi retinendum esse du-
xerunt tuendamque gratiam eum, ut, quem-
admodum Augustinus dieit, nobiscum pro Ca-
tholica fide perniciem Pelagiani erroris impugnarent. b.
Aug. Epist. ad Paulin. Lib. de pre-
dict. SS. c. 14 Sed cum istud prædestinationis & electionis
propositum, quo quidam pro solo Dei bene-
placito nulla prorsus habita consideratione
voluntatis, à perditionis massa quam pecca-
tum fecerat alijs in eadem causa prætermis-
discerni debere dicebantur, & consequenter
omnes voluntatis actus quibus ex illa massa
perditionis eripiuntur, à prima credendi vo-
luntate usque ad ipsam gloria coronam acci-
pere durissimum ipsis esse ac desperationis catu-
fa videretur, adeoque Catholicæ veritati &
antiquiori Patrum sensu repugnare, aliam
viam salva Dei gratia & prædestinatione sibi
aperiendam esse duxerunt, qua mitigata illa
divini propositi fatalitate, unusquisque si vel-
let, per gratiam ab illa perditione posset li-
berari. Itaque scalas quadam sibi machinati
sunt, quibus à natura bonitate, qua non
prorsus peccato delecta fuerat, tanquam pri-
ma & initiali quadam Dei gratia ad salvatri-
cem Christi gratiam, quisquis vellet sine ullo
Pelagi errore vel gratuitæ gratiae lassione
concederet,

Primum igitur omnium ut Pelagium quam
longissime fugiant, peccatum origine quod
adventus Christi liberatricis gratiæ Pelagia-
nis invise, totiusque prædestinationis & pro-
positi, quod Augustinus assertebat radix est,
integre quemadmodum religio postulat Chri-
stiana profitentur. *Hec enim iporum definitio ac In Epist. ad professo est*, inquit Prosper: *Omnem quidem ho-* Augst.
minem Adam peccante peccasse. Et expressius: Sub ibid.
quo (peccato originali) omnes homines similiter
in primi hominis damnatione nascuntur. Qua de-
re nulla prorsus cum ipsis quæstio est. Siquidé
ista Massiliensium à Pelagianis deviatio pro-
prie *Semi-Pelagianorum* ipsis nomenclaturam
cedit.

Secundo per istud peccatum satentur natu-
ram humanam in agititudinem incidisse qua-
viros surgendi ex illa perditione recteque vi-
vendi potestas periret. *Vnde Hilarius: Nec* In Epist. ad Augst.
*inde quemquam proprio arbitrio liberari posse conser-
tunt, sed id conveniens afferunt veritati, vel con-
gruum predicationi at cum prostratis, & nunquam*
suis viribus surrecti ris annuntiatur &c. Et infra:
primi hominis posteros amissis & perditis viribus
juvandos esse volunt.

Hinc tertio, sola Christi gratia & bapti-
smo sentiunt hominem à perditione posse li-
berari: *Vnde apud Prosperum profitentur* In Epist. ad Augst.
palam: Nem. nem per opera sua sed per Dei gra-
tiam regeneratione salvati.

Quarto satentur hanc Dei gratiam non so-
lum propter peccati remissionem quæ in ba-
ptismo datur esse necessariam, sed in primis ut
ad incipiendum vel perficiendum quodeun-
que opus bonum hominis lapsi infirmitas ad-
juvetur. Ceterum, ait Hilarius, *ad nullum opus*
vel incipiendum nedium perficiendum quemquam sibi Ad Augst.
sufficere posse conservinat. Et multo inferius: *ab*
omnini se & damnare testantur, si quis quicquam
*virtutum in aliquo remansisse, quo ad sanitatem pro-
gressi posse existimet.* Vt gressus enim ille ad sa-
nitatem per bonorum operum frequentationē
fieri solet, quibus homo accepta peccatorum
T 4 remissio-

remissione, magis magisque justificatur. Vnde in Epistola Prospere dicunt: *Nemini nisi per gratiam iustificari.*

Et istam quidem eorum confessionem ita intelligere videtur Augustinus ut etiam voluntatem hominis gratia prevenire debere faciantur: Quod verbum utrum ex illis Hilari litteris, quæ perierunt, ab Augustino sumptum Lib. de pra- sit, mihi non satis constat. Pervenerunt etiam, dft. SS. c. I. inquit, libro de prædestinatione Sanctorum, ut preveniri voluntates hominum Dei gratia faciantur, atque ut ad nullum opus bonum vel incipendum vel perficiendum sibi quemquam sufficeret posse e. nsin- Lib. dedono tiant. Et rursum alibi: A Pelagianorum porro perscr. c. 16. heretica perversitate tantum isti remoti sunt, ut fa-

*teantur quod eorum præveniat voluntatem quibus a-
tur hæc gratia. Hæc est generalis Massiliensium
de peccato originali, de naturæ lapide corruptione,
de gratia necessitate confessio: cuius
integritatem, si firmiter intelligenterique te-
nuissent nulla cum eis de ipsis articulis reliqua
esset controversia. Nam in ea tota At Augustini
doctrina de gratia & prædestinatione velut in
radice comprehenditur, quemadmodum hoc
Augustinus ipse subinde ratiocinando demon-
strat. Sed jam quomodo his fundamentis Ca-
tholicis nisi novam doctrinam ad auferendam
homini bus desperationem struxerint profer-
mus.*

Incipit declarari quibus modis difficultates dissipaverint. Ac pri-
mo unum propositum Dei in duo dividunt: quorum al-
tero generali Deus vult omnes homines salvos
fieri, altero non omnes. Illud con-
ditionatum, hoc absolutum.

C A P V T S E C V N D V M

E x ijs quæ superius diximus, duos esse patet carceres querelarum quæ contra propositum prædestinationis ab Au-
gustino prædicatum suscitatae sunt. Naturam illius decreti, & effectum seu efficaciam ejus. In quibus omnes reliqua de desperatio-
ne, ignavia, exhortationum & orationum ex-
cidio, ceterisque malis quæ fusi sibi nobis
commemorata sunt, vertuntur. In natura propositi, displaceat eis quod illa Dei constitu-
tio humanas preveniendo voluntates unum ab alio
& præ alio immutabiliter ante mundi constitutionem discerneret, ut secundum quod plau-
cuit creatori alter fieret vas in honorem, alter
in contumeliam. In effectu, displaceat ipsidem
quod unum ab altero gratia in hac vita discer-
neret: & efficacissime id quod divinitus con-
stitutum fuerat, exequendo perficeret. Vri-
que nemo suum, ut putant, cuneum sine Pe-
lagiani erroris periculo aut nota, sine gratiæ
aut propositi divini lafione commenti sunt.
Talem quippe prædestinationis ordinem &
gratiæ dispensationem ac vim, tantum ab
asserta per Augustinum veritatem deflendo
molti sunt, ut tota illa numerosa series tra-
balium absurdarumque difficultatum penitus
evanesceret.

Primum itaque, quia omne Dei propositum erga salutem hominum perditorum, quod eorum præcurrat voluntatem, negare nefas esse vident, ipsi unicum illud, quod absolutum & particolare certorum dumtaxat homi-
num præveniens voluntates, Augustinus tradi-
dit, in duo partiuntur; quorum alterum sit universale quidem omnibus; precedat crea-
te voluntatis motus, alterum particulare, sed
voluntatis arbitrium consequatur. Illud quasi
conditionatum, hoc absolutum statuant. De

A particulari inferius, hic de universalis pauca dicenda sunt. Itaque universalis istud propositum nihil est aliud nisi generalis quædam volun-
tatis Dei, qua, quantum in se est, vult om-
nibus omnino hominibus, excluso nemine,
vitam æternam. Hoc propositum solent Apo-
stolicis verbis exprimere, quod Deus vult omnes
homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire:
Et in alio sensu quam ea Augustinus explicat
firmissimam totius erroris sui basim consti-
tuere. Inde est quod illius sententia expositionem,
inquiunt Massilienses apud Hilarium, non in Epist. 1. ad Tr. 1.
eam quæ à te est de prompta suscipiant, id est ut non Augst.
nisi omnes homines salvos fieri velit & non eos tan-
tum, qui ad Sanctorum numerum pertinebant, sed omnes omnino ut nullus habeatus exceptus. Et
apud Prosperum timentes ne istud funda-
mentum eriperetur sibi, propterea quod non
omnibus Euangelium prædicetur: *Ne vacil-
lare illud*, inquiunt, quod Deus omnes homines velit Augst.
salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Et aliquanto superioris generalis vocationis omni-
um radicem tangunt. *Ut beatitas in eo appa-
reat si neminem repellat à vita*, sed *indifferenter universos ve-
lit fieri salvos & ad agnitionem veritatis venire*. Hoc
& Faustus & Cassianus adeoque Pelagiani
omnes & quicquid quoquo modo salutem ho-
minis ex humana voluntate religare
studiofissime inculcate solent, ut passim ex eo-
rum scriptis ipsoque Augustino manefissime *Vide Augst.*
liquet. Vnde Prosper: *Et ubi est illud quod n. b. lib. 4. cont.*
quasi contrarium a non intelligentibus semper oppo- *lib. c. 8. Or-*
natur quod Deus omnes homines velit salvos fieri & ad Russ. *In Epist. ad agnitionem veritatis venire.*

Sed quia non omnes re ipsa salvos fieri cer-
tum est, hinc illud propositum generale non
absolutum, sed inefficax & quasi conditionatum
statuant,